

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[112\] : De Amphione](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [112] : De Amphione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[112\] : De Amphione](#)□

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 15 : De Amphione](#)□

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[112\] : D'Amphion](#)□

est une traduction de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[112\] : D'Amphion](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s) Latin

Paginationp. 1065

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Amphion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023



& ad Solē proficisci, mox reuerti in Chium: quia vapores per calorē attracti sursum feruntur; mox ab antiperistali siue à circumstanti frigore in suprema, ad quā peruenire possunt, aeris regione rursus coacti in pluuias funduntur: quod quoniam fit per vires Lunæ, fabulati sunt Orionē ausum fuisse Dianam attingere, & idcirco sagittis ab illa fuisse cōfossū. Videntur. n. nobis vapores Lunā attingere, cuius vis est tanquā fermentū in pluuijs cōcitandis, & cogendis vaporibus, velut reliqui planetæ vim eius adiuuāt aut impediunt. Quod aut Orion materia credita sit imbrium, vel illud est argumento, quod cum in signum cœleste versus dicatur, nunc etiam sito exortu frequentissimas pluuias concitat, & ventos, & tonitrua, & fulmina.

At Ethicè.

Gravissimas calamitates passus est idcirco Orion, quia nemini non calamitosa libido, & illegitimarum rerum cupiditas, esse potest. Deinde ad deprimendam omnem mortalem arrogantiam, quia si neminem habes te in aliqua re præstantiorem, ceterosq; mortales aliqua re longo intervallo superes, at Deum habes, qui te longo spatio relinquat, omnesq; vires humanas antecellat.

De Arione.

Enimuero ne quis sua flagitia occultari posse diutius arbitraretur, cum turpe quidpiam patrasset, Arionis fabulam excogitarunt antiqui: vt significarent vel volucres cœli, vel feras syluestres, vel pisces maris certissimos testes fore aliquando nostrorum scelerum: si homines vel defuerint, vel nos noluerint accusare, & laborantibus viris bonis opem ferre: cum Dij sint scelerum omnium vltotes & vindices.

De Amphione.

Meritò itaque Amphion vltimo supplicio ab Apolline Latonæ filio affectus, fuit quia nimium ob lyrae pulsandæ peritiam gloriaretur. Nam Latonam Latonæque filios contumelijs affectit, quod Dea nulla re hominibus præstaret, cum rudes & imperitos haberet filios, si secum confertantur. At Dij, quibus inuisa est omnis mortalium arrogantia, temeritatem Amphionis minimè ferentes, illum gravissimis domesticis calamitatibus addixerunt. Quare siquid præclarum habemus, per quod excellamus, id totum à diuina bonitate nos habere putandum est.